

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iudex siue iudicium z
cum fonte primo

In maiestate
uisuri sunt quem in
humilitate uidere noluerunt
ut tanto districtius uirtutem
senciant, quanto ceruicem cordis ad
eius presenciam non inclinant.

Gregorius super illud Matthei XXIII.: In
nubibus celi cum maiestate.

Ac si aperte diceretur:
In potestate et maiestate
uisuri sunt quem in
humilitate positum audire noluerunt,
ut uirtutem eius tanto tunc districtius
sentiant, quanto nunc ceruicem cordis ad
eius patientiam non inclinant.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 1, 2 (CCSL 141, R. Étaix ed., p.7, ll.41-44).